



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Divinum De Praesentia Dei

Arias, Francisco

Herbipoli, 1612

Remedia Pro Malis cogitationibus auertendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50314)

X. Expendere varia diuinæ iustitiæ exempla.

XI.

XII. Cōsiderate

XIII.

Tremēdum diem Iudicij,
Pœnas damnatorum.
Præmia & gaudia paradyfi.

REMEDIA PRO MALIS
cogitationibus auertendis.

I. Ipsius inuoca DE I subsidium, qui præsens intuetur omnia, qui uult & potest, & uult, suum nomen inuocantibus, opem ferre.

II. Vitandæ occasiones ex potissimum, quæ impuris cogitationibus uiam sternunt, comprimendo oculos, aures, linguam &c.

III. Cum obuijs ne disputes
impu-

impuritat̄is phantasmatis.

IV. Libros Spirituales volue.

V. B. Mariæ, S. Angeli custodis, omnium Virginum, Sanctorumque Cœlestium patrocini-um implora.

VI. Si voto castimoniam obstrictus sis, ad cuiusvis turpioris instinctus impetum, votum renoua.

VII. Iaculatorijs precibus instructus esto, & hostem ijs eminus feri, quem cominus aggredi periculosum est. Huiusmodi sunt, quæ sequuntur.

Domine ad adiuuandum me festina.

Deus in adiutorium meum intende.

De profundis clamaui ad te Domine,

Cor mundum crea in me Deus.

IESV fili David miserere mei.

Aspice in me, & miserere mei.

DEVS Deus meus quare me dereliquisti?

Chri-

*Christus uiuit, Christus regnat, Christi-
stus me ab omni malo defendat.*

II X. Cor signo salutifero
Crucis præmuni, & affectu ma-
gno inclama Sanctissima hæc no-
mina. **IESVS MARIA.**

I X. Frequenta confessio-
nem, communionem uic: & in-
tima pectoris tui arcana fideliter
Sacerdoti aperi: consilijs datis
obtempera sedulus.

X. Qua te hora inimicus in-
cessit, quid illa Christus fecerit,
vel passus sit perpende.

XI. Attende de Cruce dicentem
DEI filium: Vide peccator,
quanto pretio redemerim tuam,
quam nunc hostibus ultro vis
tradere, animam.

XII. Cum te obrutum sentis,
clara voce protestare non te vn-
quam consensum præbiturum,
quan-

quantumuis vrgearis cogitationum procella.

XIII. Otium execrare, fuge ante omnia. semper quid operis habe.

INCITAMENTA AD SÆPE
pe & deuotè communi-
candum.

I. Quid obsecro diceres, si Princeps, si Rex, si Imperator, te inuisum veniret? an non præcordia exultarent gaudio? imò quid faceres, si ipse Principum, Regum, Imperatorum, Angelorū omnium author & gubernator Deus? nunquid cum Elisabetha in hæc verba prorumpetes: Vnde mihi hoc, vt Dominus meus veniat ad me? cum Zacharia: Benedictus Dominus DEVS Israël. cum Virgine Maria: